

naturam ipsis sedibus malè affectis continen-
 tur. In primo quidem genere parua carti-
lago est, quæ tussi deiecta, arguit exulcera-
tum pulmonem sit, atque vi extulsitur, ac præ-
fertim si sanguis multus cum pulmonis parti-
cula excernitur. Si verò magna cartilago fue-
rit, & cum exiguis magnisque vasis eijciatur,
tracheæ arteriæ erosionem significat. Tunica-
quoque, vndecunque excernitur, semper ibi
vlcus adesse prænuntiat. Hæc autem, si crassa
lentâque extulsitur, epiglottidis, aut laryngis
erosionē innuit. Si verò lenta & tenuis, vlcus
tracheæ arteriæ significat. Item, quæ vomitu
eijcitur, ventriculum, aut œsophagum erosum
arguit. Quæ verò per aluum magno tormine
& cruciatu vacuatur, crassorum intestinorum
vlcus ex dysenteria probat, & præfertim si
crassa fuerit. Sin tenuis apparuerit, & cum acri
dolore superioris vëtris excernatur, tenuium
intestinorum aliquod exulcerari significat.
Quinetiam si in vrinæ hypostasi tunica quæ-
dam videtur, vlcus alicuius renis denuntiat:
teste Hippocrate, in aphor. 76. sect. 4. Quibus
(inquit) cum vrina crassa exiguæ caruncu-
læ, aut veluti pili exeunt, ijs isthæc à renibus
excernuntur. Ramenta etiam, quæ ab vlceri-
bus deijciuntur, ossis cariem ostendunt. Cra-
nio quoque fracto, si fungus apparet, crassam
menyngem cerebri vulneratam esse significat.

*cartilago vel
 fœcibus vomita*

*vid. f. 11
 #*